

Zeitschrift: Zeitschrift für schweizerische Kirchengeschichte = Revue d'histoire ecclésiastique suisse

Herausgeber: Vereinigung für Schweizerische Kirchengeschichte

Band: 77 (1983)

Artikel: Le livre d'heures de Jean de Gingins

Autor: [s.n.]

Anhang: Textes

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-130124>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 07.08.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

TEXTES

1 [18v] *Cy apres sensuyt ung tres souverain remede ala salvation de lame de la personne qui devotement et de bon cuer dyra tous les iours les oroisons cy apres ensuivans escriptes et tout premierement quant la personne sesveille de nuit avant quelle face aucune autre chose si face le signe de la croix en chascun de ses membres en disant devotement les oroisons et vers du psaultier [19r] cy appropries comme il sensuit et premierement die en la bouche.*

2 Domine labia mea aperies et os meum annunciat laudem tuam. Repleatur os meum laude et cantem gloriam tuam tota die magnitudinem tuam. Quia exultabunt labia mea dum cantavero tibi et anima mea quam redemisti (Ps 50,17; 70,8 et 23).

3 *Apres au front.* [19v] Signatum est super nos lumen vultus tui domine dedisti leticiam in corde meo (Ps 4,7).

4 *Apres aus yeulx.* Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte nequando dicat inimicus meus prevalui adversus eum (Ps 12,4b—5).

5 *Apres aux oreilles.* Aperi domine aures meas ad efficaciter percipienda verba tua et aperi eas ut videam te per christum dominum nostrum. Amen. [20r]

6 *Apres aux narines.* Fac me domine odorare que tue sunt placita voluntati per christum dominum nostrum.

7 *Apres ala bouche.* Pone domine custodiam ori meo et ostium circumstancie labiis meis (Ps. 140,3).

8 *Apres au cuer.* Non declines cor meum in verba malicie ad excusandas excusationes in peccatis. Cor mundum crea in me deus et spiritum rectum innova in visceribus meis. [20v] Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis ut non confundar (Ps. 140,4; 50,12; 118,80).

9 *Aux reins.* Ure igne sancti spiritus renes nostros et cor nostrum domine ut tibi casto corpore serviamus et mundo corde placeamus per christum dominum.

1 Cf. LH I, 233.

10 *Apres asa nature.* Confige in timore tuo carnes meas a iudiciis enim tuis timui. Adhesit pavimento anima mea vivifica me secundum [21r] verbum tuum (Ps. 118, 120 et 25).

11 *Apres aux mains.* Et sit splendor domini dei nostri super nos et opus manuum nostrarum dirige (Ps. 89,17).

12 *Apres aux pies.* Dirige domine, pedes meos in viam pacis et angeli tui benigni michael gabriel raphael cherubyn seraphyn principatus dominationes throni potestates virtutes celorum angeli et archangeli et omnes sancti dei sint semper in adiutorium [21v] meum. Deduc me domine in via tua ingrediar in veritate letetur cor meum et timeat nomen tuum et vide si via iniquitatis in me est et per infinitam misericordiam tuam aufer illam a me et deduc me in via recta et eterna.

13 *En apres afin que la personne soit en grace de faire et dire bonne œuvre dic loroison qui sensuit.*

14 Domine iesu christe exoro te per infinitam misericordiam tuam ut digneris omnia michi [22r] peccata dimittere graciā et fortitudinem tribuere ut de cetero omnia peccata mea vitare possim et acceptare digneris quicquid per totum vite mee spaciū egero quia omnia ad laudem tuam facere intendo et si quid incante ac indevote egero illud michi parcere digneris non aspiciens ad peccata mea sed per infinitam misericordiam tuam miserere mei miserere mei ergo deus miserere mei secundum magnam misericordiam tuam *et* [22v] *le pseaume au long.* Pater noster *et* Ave maria Credo in deum *et* Salve regina *au long.*

15 *¶ Ora pro nobis sancta dei genitrix. ¶ Ut digni efficiamur promissionibus christi.*

16 *Oracio.* Concede nos famulos tuos quesumus ...

17 *Quiconques dira* [23r] *devotement tous les iours ceste oroison qui sensuit saura le iour de sa mort et verra enseignez de la vierge marie avant que il meure.*

18 *Oroison.* Obsecro te domina mater domini nostri iesu christi per illud gaudium quod habuisti quando filius tuus annunciatuſ tibi fuit per gabrielem archangelum per illud divinum misterium quod in te et ex te operatus est spiritus sanctus superveniens in te [23v] et virtus altissimi obumbrabit tibi. Et per illam inestimabilem leticiam quam habuit felix anima tua quando elevata est super omnem pulchritudinem celorum ut impetres infelici famulo tuo a dilecto filio tuo iesu gratiam spiritus sancti qui bene me per omnia prospere disponat et in

14 Cf. LH I, 233.

16 GREG., Tc 1841. – BRUYLANTS, n° 122.

18 Cf. LH I, 232.

mentem meam cogitationes¹ meas actus meos sensum meum visum iudicium intellectum meum et labia mea in hora exitus mei ostende michi beatam [24r] gloriosam iocundam dulcem amabilem faciem tuam et annuncies michi diem et horam obitus mei et animam meam tibi supplicem suscipias in vitam eternam audi et exaudi me mater misericordie. Amen.

19 *Quiconques dire une foys le iour devotement et de bon cuer les vers qui sensuivent ne morra ia sans confession et par ces vers ycy la vierge marie ung cleric qui lequel se rompy le col et ne peust oncques mourir iusques tant [24v] quil eust confesse entierement tous ses pechez et sont les vers ceulx qui sensuivent.*

- 20**
- 1 Mater digna dei
Venie via¹ porta diei
Sis tutela rei
Dux comesque mei.
 - 2 Mater nata dei
Tu miserere mei
Regina celi
Nunquam me linquere noli.
 - 3 Me genitrixque pia
Tibi commendo maria
Tu michi salvatrix
Sis semper auxiliatrix.
 - 4 Domine iesu fili² dei vivi
Cum spiritu sancto miserere mei.
Amen.

21 *On lit en la vie saint [25r] bernart que le deable se disoit savoir huit vers du psaultier les quelz qui les diroit une foiz le iour devotement et de bon cuer iamais ne seroit dampne. Et quant saint bernart loy illes luy demanda a enseigner et le deable lui repondi quil ne les lui enseigneroit point. Lors saint bernart se advisa et va dire : Tu mas fist il dit que ilz sont ou saultier doncques ie le dyrai tous les iours au long et ainsy dirai les huit [25v] vers. Quant le deable ce entendy affin que saint bernart ne feist tant de bien il les luy enseigna et sont ceulx qui sensuivent.*

22 Illumina oculos meos ... (Ps. 12,4).

In manus tuas domine commendo spiritum meum ... (Ps. 30,6).

20 RH 11335. – ICL 10755. – Ce texte a été publié partiellement par MOREL, n° 179.

¹ Viva: cod.

² filii: cod.

22 Cf. LH I, XXX et 233.

Locutus sum in lingua mea notum fac michi domine finem meum (Ps. 38,5a).
[26r].

Et numerum dierum meorum quis est ut sciam quid desit michi (Ps. 38,5b).

Disrupisti vincula mea ... (Ps. 115,16).

Periit fuga a me et non est qui requirat animam meam (Ps. 141,5).

Clamavi ad te domine dixi tu es spes mea portio mea in terra viventium (Ps. 141,6).

Fac mecum signum in bonum ... (Ps. 85,17). [26v].

23 *Quicomques dira par trente iours de bon cuer et devotement loroison qui sensuit il acquerre remission de tous ses pechiez mais quil soit vray confes et repentans et loctroya le pape boniface qui ladictie oroison fist.*

24 Deus qui voluisti pro redempcione nostra nasci et circumcidi¹ a iudeis reprobari a iuda traditore osculo tradi [27r] vinculis alligari et sicut agnus innocens ad victimam duci atque conspui anne cayphe pylato et herodi indecenter offerri et falsis testibus accusari flagellis opprobriisque vexari spinis coronari sputis conspui colaphis cedi clavorum aculeis perforari in cruce levari inter latrones deputari felle et aceto potari lancea vulnerari tu domine per has sanctissimas penas quas ego indignus² recolo et per [27v] sanctam crucem tuam et per meritum beatissime passionis tue libera me de penis inferni et perducere me digneris quo perduxisti tecum latronem pendentem crucifixum qui cum patre et spiritu sancto vivis et regnas deus per omnia.

25 *Oracio.* Gracias tibi ago omnipotens deus pater qui me dignatus custodire in nocte precor ac humillime exoro misericordiam tuam ut dones michi hanc diem sine mortali [28r] peccato transire et voluntati tue in omnibus obedire que tibi placita sunt semper cogitare ac facere dona michi timorem tuum cordis compunctionem mentis humilitatem conscientie puritatem ut terrena despiciam celestia desideram aufer a me domine sollicitudinem seculi gule appetitum concupiscentiam carnis amorem penitentie pestem superbie mentis accidiam vanam letitiam planta in me domine virtutes [28v] bonas continentiam carnis castitatem mentis veram pacientiam leticiam spiritualem animi stabilitatem veram et perfectam caritatem. Amen.

26 *«Oracio.»* Domine iesu nazarene christe deprecor te ut per tuam sanctissimam et misericordissimam piissimam et benignissimam pietatem tuam defendas et protegas me de angelo percuenti a morte subitanea atque eterna et ab

24 Cf. LH I, 119.

¹ circumdi: cod.

² ingidnus: cod.

25 Cf. LH I, 234.

26 Cf. LH I, 234.

insidiis temptationibus et [29r] laqueis sathane et sathelitum¹ suorum et insidiis et consiliis atque impetu inimicorum meorum invisibilium et visibilium per te christum qui vivis et regnas deus per.

27 *Tu dois dire à ton bon ange qui te garde ce qui sensuit qui te garde de mal et de peril.*

28 Angele sancte dei defensor custosque mei cor linguam actus rege et in obitum me protege terge meam mentem a viciis et labe veterna [29v] assiduus te precor sis michi fideque lucerna. Angele fide comes sapiens venerande benigne me movet et turbat hostis ferendo maligna ortatur michi penas et tartara digne sed succurre precor baratri ne mergerim igne. Angele qui meus es custos pietate superna me tibi commissum serva defende guberna.

29 «*Oracio.*» Obsecro te angelice spiritus ... [30r, 30v, 31r].

30 *Aprez tout ce dessus dit lieve toy de ton lit et dis hymne qui sensuit.*

31 Sompno refectis¹ artubus ... [32r].

32 *Apres dis ceste oraison qui sensuit en la commemoration de tous les sains de paradis quiz te vueillent garder de mal et de peril.*

33 Salvator mundi salva nos omnes sancta dei genitrix virgo semper maria ora [32v] pro nobis precibus quoque sanctorum angelorum archangelorum patriarcharum prophetarum apostolorum et ewangelistarum martyrum confessorum atque virginum et omnium sanctorum suppliciter poscimus ut a malis omnibus eruamur bonisque omnibus nunc et semper perfaci mereamur aspice domine de sede sancta tua et cogita de nobis inclina aurem tuam audi aperi oculos tuos et vide tribulationem nostram.

34 *Apres dy ceste oraison qui sensuit.*

35 [33r] Domine iesu christe fili dei vivi per virtutem potencie tue et dilectionem omnium ordinum archangelorum et merita omnium sanctorum et per humilitatem gloriose virginis marie da michi propriam castitatem cordis et corporis et humilitatem oculorum et mentis sim subditus audibilis michi amabilis aliis per sanctam tui amoris et proximi claritatem semper habere veram confessionem [33v] contritionem fac me queso in tuo amore constantem et stabilem tibi servientem omnibus diebus digne fideliter devote ac reverenter te

¹ sathalitum: *cod.*

28 Cf. LH I, 234. – Cf. WILMART, p. 556, n° 1. – Ce dernier texte diffère très nettement de celui de Gingins.

29 WILMART, p. 540–543. Cf. LH I, 234.

31 ¹ RH 19210. – AH 51, n° 25.

33 Cf. LH I, 234.

35 Cf. LH I, 234. – Cf. WILMART, p. 379, n. 1.

amare dulciter suaviter sapienter et gloriosam matrem tuam et fac me tuis
inherere mandatis et a te nunquam separare me permittas qui vivis et regnas
etc.

36 *Apres tout dessus dit tu diras les heures de nostre dame ou les sept pseaumes comme
ycy apres sensuit. Apres quant le soleil levera dy lympne qui sensuit.*

37 *Iam lucis orto sydere ... [34r].*

38 *[34v] Apres dy ceste oraison qui sensuit.*

39 *Domine deus omnipotens pater qui ad principium ... [35r].*

40 *Apres lave tes mains et dy loroison qui sensuit.*

41 *Presta quesumus omnipotens et misericordissime pater deus noster sicut
exterius abluuntur inquinamenta manuum mearum sic per te mundantur inter-
rius pollutiones mentium et crescat in nobis sanctorum virtutum augmentum
quatinus templum sancti spiritus effici [35v] mereamur per christum.*

42 *Apres tout ce dessus dit vaoir messe entiere car selon saint augustin la personne qui
orra messe entiere tous les iours ou au moins verra le corps de nostre seigneur ne mourra ia-
de mort soudaine et apres quant tu ten iras au matin hors de ta maison <dis ce> qui
sensuit.*

43 *Averte oculos meos ne videant vanitatem in via tua vivifica me. Custodi
domine introitum meum et exitum [36r] meum ut stantes sint pedes mei in atrii
tuis iherusalem (Ps. 118,37; 120,8a; 121,2).*

44 *<Oracio.> Domine iesu christe fili dei vivi per quinque plagas corporis tui
sana et custodi quinque sensus corporis mei et omnia interiora mea et omne
nephias adversantium michi viciorum per virtutem sancte crucis digneris con-
terere inimicum tuo auxilio ad portam salutis eterne et ab omni cogitatione
peccati inherere digneris et perducere.*

45 *Quant [36v] tu vouldras entrer en leglise devant la porte dy loroison qui sensuit.*

46 *Aufer a me misericordissime deus omnipotens iniquitates meas ut ad¹
sancta sanctorum domum pura mente valeam introire salvator mundi qui
vivis.*

37 RH 9272. – AH 51, n° 41.

39 PL 101, 507. – Cf. LH I, 234.

41 Cette oraison est empruntée à l'ordinaire de la messe, où elle est indiquée pour le
lavement des mains du prêtre au moment de la *preparatio ad missam*. Un de ses plus
anciens témoins est le missel de l'abbaye Saint-Sylvestre de Foligno, du début du
XII^e siècle (New York, Pierpont Morgan Library, ms. 379, fol. 1v).

43 Cf. LH I, 234.

46 Cf. GREG., Ha 814. Le texte de Gingins est remanié.

47 *Quant tu ten yras parmy leglise dy loroison qui sensuit.*

48 Introibo in domum tuam adorabo ad templum sanctum tuum (Ps. 5,8b) et confitebor [37r] nomini tuo (Ps. 53,8). Introibo in domum tuam in holocaustis reddam tibi vota mea que distinxerunt labia mea (Ps. 65,13–14). Quoniam ad te orabo domine mane exaudies vocem meam. Mane astabo tibi et videbo quoniam non deus volens iniquitatem tu es (Ps. 5,4–5). Beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te (Ps. 83,5).

49 *Apres quant tu prendras de [37v] leaue benoite dy ce qui sensuit.*

50 O aqua benedicta dele mea delicta ut sis michi salus et vita huius aque tactus effugiat demonis actus. Asperges me domine ysopo et mundabor lavabis me et super nivem dealbabor.

51 *Apres quant tu seras agenoillie devant lautel di ce qui sensuit.*

52 Omnis terra adoret te deus et psallat tibi psalmum dicat nomini tuo (Ps. 65,4). Flecto genua mea ad patrem [38r] domini nostri iesu christi ex quo omnis paternitas in celo et in terra nominatur (Eph. 4,14–15). Ave benigne iesu beatus venter qui te portavit et ubera que suxisti (Lc. 11,27). O bone iesu illumina oculos ne unquam obdormiam in morte nequando dicat inimicus meus prevalui adversus eum (Ps. 12,4b–5).

53 *Et dy les autres VII vers qui sont au commencement (= n° 22) et apres dy loroison qui sensuit.*

54 Domine deus pater ne [38v] permittas me perire quia creatura tua sum sed concede michi spacium penitendi ut ante diem exitus¹ mortis mee perveniam penitentiam placere tibi valeam. Amen.

55 *Et quant tu te voudras confesser dy ce qui sensuit.*

56 O deus inestimabilis mundicie et pietatis immense conditor et reparator humani generis qui confitentium tibi cordis puritate et accusantes se ante [39r] conspectum clementie tue ab omni vinculo iniquitatis absolvis virtutem et misericordiam tuam totis exoro gemitibus ut secundum multitudinem miserationum tuarum de omnibus peccatis meis de quibus accusat me conscientia mea puram tibi michi concedas agere confessionem veramque ex omnibus emendationem qui vivis etc.

57 *Sensuit une merveilleuse oroison et qui la dira devotement tous grans indulgences acquerre [39v].*

48 Cf. LH Suppl. 21.

52 L'invocation finale, *O bone Iesu illumina oculos*, n'est autre que le premier des vers dits de saint Bernard. Cf. n° 22.

54 ¹ exitus: cod.

58 Te adoro deum meum et benedico qui es alpha et <omega> primus et novissimus principium et finis. Tu es dominus meus immensus inestimabilis deus meus israel deus adonay iesus christus filius dei et filius virginis marie qui pro tua pietate venisti in mundum et propria potestate ascendisti ad sedem dei patris omnipotentis miserere mei peccatoris quia tu es gloria mea et liberator meus refugium [40r] meum et susceptor meus salus mea tibi laus honor decus virtus et potestas et imperium qui es trinus et unus qui es semper bonus sanctus iustus pius et misericors in quo omnia vivunt fiunt et quiescent et per quem omnia facta sunt et a quo omnia bona procedunt miserere mei quia spem non habeo nisi in te solum qui es spes mea et redempcio mea retributor eternorum bonorum. Contristor domine quia peccavi [40v] coram te in verbis factis et cogitationibus multa sunt peccata mea a te domine veniam peto misericordiam postulo heu miserator sis michi domine deus meus propter misericordiam tuam o piissime deus o clementissime domine o misericordissime pater iube me salvari et per tuam gratiam ad te venire succurrat michi pietas tua sancta et mirabilis dulcis et amabilis ut acceptabilis sit anima mea et [41r] oraciones mee sint tibi placide ut nunc et in illa hora quando anima mea egressura fuerit a corpore sim tibi placens et maneam semper tecum te laudando tibi gratias agendo cum omnibus sanctis et electis tuis. Amen.

59 *Apres ce que tu seras confesse et que tu vouldras oyr messe dy loroison qui sensuit.*

60 Suscipe orationem meam unica spes salutis mee domine deus meus quia [41v] pollitus sum in omnibus iniquitatibus et peccatis quibus humana fragilitas contra deum et creatorem suum derelinquit sed precor te piissime pater ut concedas michi illam compunctionem et contritionem quam beate marie magdalene concessisti ut acceptabilis sit tibi confessio mea sicut confessio latronis in cruce existentis cui regnum promisisti ideo tu qui vivificas mortuos et iustificas impios miserere mei et [42r] resuscita me. Amen.

61 *Apres oy le service de leglise se il se puet faire et soyes diligent dentendre au service et aux oroisons que tu diras et en autres choses ne touipes point. Item aussy en oyant messe offre tousiours quelque <chose> et apres ce que tu auras offert dy loroison qui sensuit.*

62 Suscipere digneris clementissime pater hanc oblationem quam tibi ex tuo offero pro delictis et offenditionibus [42v] meis sicut munera abel accepisti qui vivis etc.

63 *Quant il yaura sermon apres ce que tu auras dit ave maria tout au long di ce qui sensuit.*

62 Cette formule est nettement apparentée à celles que l'on trouve dans la *Missa illyrica* pour l'offertoire de la messe (PL 138, 1325–1327), mais elle ne s'identifie à aucune d'entre elles. Ces dernières s'adressent toutes à la sainte Trinité, alors que notre formule de Gingins s'adresse à Dieu le Père.

64 Dominus sit in corde tuo et in ore tuo in auribus et cordibus nostris ad pronuntiandum verba sancta tua ut sint ad laudem et gloriam nominis sui et ad salutem et remedium animarum nostrarum. Amen.

65 *Apres quant tu orras messe et le prestre dira* [43r] Orate pro me fratres *dy ce qui sensuit.*

66 Ipse te exaudiat qui te constituit intercessorem pro peccatis omnium populorum exaudiat te dominus in die tribulationis et protegat te nomen dei iacob mittat tibi auxilium de sancto et de syon tueatur te memor sit omnis sacrificii tui et holocaustum tuum pingue fiat et tribuat tibi secundum cor tuum et omne consilium confirmet et letabuntur in salutari tuo [43v] et in nomine domini magnificabimur. Impleat dominus omnes petitiones tuas in bonum michi cognovi quia salvum fecit dominus christum suum.

67 *Apres dy ce qui sensuit.*

68 Suscipiat dominus sacrificium tuum de manibus tuis ad laudem et gloriam nominis sui et ad salutem et remedium animarum nostrarum et omnium fidelium vivorum et defunctorum. Amen.

69 *Quant le prestre dira* Gratias agamus [44r] domino deo nostro *agenoille toy et dy ce qui sensuit.*

70 Gratias tibi ago omnipotens pater qui non meis meritis sed sola misericordia tua intra collegium christianorum me collocasti supplico humillime quam possim ut fidem quam tibi in baptismo promisi rectam intentionem servare valeam ut non peream et inter electos tuos valeam collocari. Amen.

71 *Apres ce que le prestre aura dit* Sanctus sanctus sanctus *dy ce qui sensuit* [44v].

64 Cette formule est très nettement apparentée à celle avec laquelle, à la grand'messe solennelle, le célébrant bénit le diacre qui va proclamer l'évangile. On retrouve cette formule dans la plupart des *ordines missae* du Moyen-Age.

66 Cette formule est composite. Elle est constituée par l'assemblage artificiel de plusieurs membres de phrase empruntés à des sources fort diverses. La réponse à l'*Orate fratres*, au moment où se termine l'offertoire, a beaucoup varié selon les époques et selon les diocèses. Je remarque seulement que la première phrase de notre formule, *Ipse te exaudiat*, se retrouve dans le missel imprimé de Bayonne 1543, et que la troisième phrase, *Memor sit*, est celle du beau missel manuscrit de Carcassonne, copié en 1472 (Carcassonne, BM, ins. Mb. 130, fol. 186r).

68 Cette formule est très proche de celle que l'on trouve dans le missel issu de la réforme, vers 1255, du Cardinal Jean Gaétan Orsini, et qui est conservé à deux exemplaires pratiquement identiques : Avignon, BM, ms. 100 (fol. 109v) et Rome, Bibl. Vaticane, cod. Ottob. lat. 356 (fol. 121r).

72 Sancta summa et gloria trinitas et inseparabilis deitas quam sancti angeli collaudant in celis dicentes Sanctus sanctus dominus deus sabaoth omnipotens qui eras et qui es et qui venturus es ego infelix et infirmus peccator obsecro et in notam sanctam trinitatem idem patrem filium et spiritum sanctum in auxilium propter honorem nominis tui deus omnipotens exaudi deprecationem meam est concede michi misericordiam tuam et salva me omnibus [45r] diebus vite mee obsecro omnes sanctos et electos tuos ut pro me peccatore intercedant apud sanctam et gloriosam maiestatem tuam. O individua unitas et inseparabilis trinitas invoco omnes angelos ut veniant in auxilium meum in illa hora quando anima mea de corpore huius mortis egressura erit ut eripiatur eam de tempestate tenebrarum et de locis penarum et perducant in refrigerium te prestante qui [45v] vivis domine deus pie tibi animam meam commendo.

73 *Quant le prestre sacrera lostie avant quila lieve dy ce qui sensuit.*

74 Conscientias nostras quesumus domine ...

75 *Quand le prestre dira les mos de la consecration dy ce qui sensuit.*

76 Transubstantiantur [46r] he res in verum corpus tuum domine iesu christe sic ut sint ad laudem et gloriam nominis tui et ad salutem animarum nostrarum et omnium fidelium vivorum et defunctorum. Amen.

Quant le prestre levera lostie dy loroison qui sensuit.

77 Ave vivens hostia ... [46v].

78 *«Oracio.»* In manus tuas domine iesu christe fili dei vivi commendo animam meam et spiritum meum tu domine [47r] fecisti tu me creasti tua factura sum in manu tua sum quod tibi placeat fiat hoc. Deinde multa sunt domine peccata mea multa sunt mala mea multa feci mala et cogitavi que non debui. Domine non derelinquas me pater clementissime quia ex aqua et spiritu sancto regenerasti me et quia tu domine dixisti omnis qui te invocaverit salvus erit. Ideo ego miser et peccator te invoco libera me hodierna die de omnibus angustiis [47v] meis. Domine miserere mei et parce peccatis meis domine deus meus qui salvasti me per noctem dignare me salvare per diem. Fac me domine apud tuam gloriam semper vivere te laudare te benedicere te adorare tibi gratias agere cunctis diebus vite mee tibi servire ut hic et in futurum per te rex eterne salvus esse merear. Amen.

Quant il levera le calice dy loroison qui sensuit.

72 Cf. LH I, 235.

74 Greg. Ha 809.

76 Cf. LH I, 235.

77 RH 13098. – AH 31 n° 105.

78 Cf. LH I, 235. – Cf. WILMART, p. 403, n. 1.

79 Ave clementissime scrinium [48r] dulcoris in quo sunt dulces delicie celici saporis veritas substantie salvatoris sacramentum gratie pabulum amoris.

«Ymnus.»

80 1 – Adoro te domine devote latens veritas ... [48v, 49r].

81 *Saint thomas dacquin fist ceste oraison qui sensuit en sa maldie quant len luy portoit le corps de nostre seigneur et est tres souveraine adire.*

82 Puro corde et ore confiteor te esse verum deum et hominem eterni patris et [49v] virginis matris filium dominum nostrum iesum christum precium redemptionis anime mee viaticum peregrinationis mee pro cuius amore sacrosanctam teneo fidem sed quia in multis propter fragilitatem meam offendit et offendit et tu pius es et misericors et misericordiam tribuis omnibus qui invocant nomen tuum in veritate. Ideo te deprecor piissime domine per tuam et huius sacramenti excellentiam et per [50r] virtutem tue sacratissime passionis ut indulgeas michi famulo tuo N. qui cum patre et spiritu sancto vivis et regnas.

83 *Saint thomas dacquin disoit loroison qui sensuit quant le <prestre> levoit le corps nostre seignour.*

84 Tu rex glorie christe tu patris sempiternus es filius tu ad liberandum suscepturus hominem non horruisti virginis uterum etc usque in finem de Te deum laudamus.

85 *Saint thomas dacquin disoit [50v] continuellement¹ loroison qui sensuit et la nommoit la sienne.*

86 Concede michi misericors deus que tibi sunt placita ... [51v, 2r, 2v].

87 *Quant le prestre sacrificera lostie apres la levation dy les vers qui sensuivent.*

88 Ave domine iesu christe //.

«Lacune de deux folios».

89 // [3r] omnibus immundiciis mentis et corporis et ab omnibus malis et periculis anime et corporis preteritis presentibus et futuris non aspicias peccata mea sed fidem ecclesie tue.

80 WILMART, p. 384–385. – RH 519. AH 50, n° 389.

84 Cf. LH I, 235. – Cf. WILMART, p. 403, n. 1.

85 ¹ contielement : cod.

86 A. D. SERTILLANGES, *Prières de saint Thomas*, Paris, 1920, p. 78–84. Cf. WILMART, p. 379, n. 1 et 387, n. 6.

88 Dans notre livre d'heures de Gingins, ce texte est mutilé, mais il se retrouve, copié pour la seconde fois, sous le n° 184. Voir la note afférente.

89 Je n'ai pas réussi à identifier cette pièce acéphale.

90 *Saint augustin fist ceste oraison qui sensuit et dit que se aucune personne ladit de bon cuer et devotement par trente iours agenouille devant lautel quelque chose resonnable quant il requerra pour luy ou pour autre ilempetrera mais quil [3v] soit vray confes et repentant.*

91 O dulcissime domine iesu christe qui de sinu patris omnipotentis missus es in mundum relaxare peccata afflictos redimere in carcere positos solvere dispersos congregare peregrinos in suam patriam reducere contritos corde meditatan (?) dolentibus indulgere et consolare dignare me absolvere de afflictione in qua positus sum liberare et tu domine quia humanum genus in quantum [52r] homo de deo patre omnipotenti recepisti cum pace in custodia et omni crudelitate deposita paradisum cum proprio sanguine mercatus es et inter homines et angelos fecisti pacem. Tu domine dignare cum tua misericordia inter me et inimicos meos stabilire et firmare concordiam et gratiam tuam super me ostendere infundere et illorum iracundiam quam in me habent et omne odium auferre et mitigare digneris [52v] sicut odium abstulisti quod habuit esau adversus iacob fratrem suum super me brachium tuum extende et me liberare digneris ab odientibus me sicut liberasti abraham de urbe caldeorum et filium suum ysaac de immolatione sacrificii cum arietem¹ ostendisti et ioseph de manibus fratrum suorum et noe per archam ab aquis diluvii et loth de civitatibus sodomorum et famulos tuos moysen et aaron et populum [53r] israel de manu pharaonis et de servitute egypti et similiter de monte gelboe david de manu saulis et golie gygantis susannam de falso crimine iudith² de manu holofernisi danielem de lacu leonum filiam chananee a demonio tres pueros de camino ignis ardantis ionam de ventre ceti adam de profundis inferni cum precioso sanguine tuo et paulum de vinculis et petrum de matheclam (?) de bestiis margaretam [53v] de ore dyaboli ita liberare me digneris de omni tribulatione in qua positus sum et de insidiis inimicorum meorum et tu domine dignare occurrere³ in adiutorium meum quia inimici mei terrorem michi faciunt et facere volunt contra me mala et mala eorum ita evacuare digneris sicut evacuasti ethyopes qui consultus est absalon super regem david liberare me digneris eciam per tua beneficia [54r] per incarnationem sanctissimam tuam et per nativitatem tuam de virgine maria per famem per sitim per frigus per calorem per labores per afflictiones per insanias salutationes per sputa per alapas per collaphas per flagella per clavos per lanceam per coronam spineam per potationem fellis et aceti per sevissimam et turpissimam mortem crucis etiam per septem verba que pendens in cruce dixisti. Primo domine tu dixisti: Pater [54v] ignosce illis quia nesciunt quod faciunt. Dixisti domine latroni in cruce pendenti: Hodie mecum eris in paradiiso. Dixisti

91 Cf. LH I, 2 et LH, Suppl. 12.

¹ ariete: *cod.*

² indich: *cod.*

³ occurre: *cod.*

domine matri tue: Mulier ecce filius tuus. Dixisti domine patri tuo: Hely hely lama zabathani quod est interpretatum: Deus meus deus meus utquid me dereliquisti. Dixisti domine: Sitio scilicet salutem animarum nostrarum cupiendo. Dixisti domine patri tuo: In manus tuas domine commendabo spiritum meum. Dixisti domine: [55r] Consummatum est significans quod labores quos pro nobis suscepisti propter hec omnia te rogo domine iesu christe ut me servum tuum custodias N. ab hoste maligno et ab omni periculo hic in presenti post in futuro. Insuper per descensionem tuam ad inferos per frequentem discipulorum consolationem et spiritus sancti missionem per adventum iudicii per ista et cuncta beneficia tua pro quibus tibi gratias ago et refero cunctis beneficiis [55v] michi collatis quia tu domine me fecisti et redemisti et ad fidem me duxisti et contra dyaboli iacula me munisti propter ista et alia que oculus non vident nec auris audivit nec in cor hominis ascendit te laudo te benedico te glorifico et magnifico nomen tuum quia tu es benedictus laudabilis et gloriosus in secula seculorum. Amen.

92 *Apres ce que la messe seraachevee dy les deux oroisons qui sensuivent.*

93 Protector in te sperantium [56r] ...

94 *Alia oratio.* Actiones¹ nostras quesumus domine ...

95 *Apres va faire ta besoigne et dy loroison qui sensuit.* [56v]

96 Domine iesu christe respice in servos tuos et in opera tua et dirige filios eorum et sit splendor domini dei nostri super nos et opera manuum nostrarum dirige.

97 *Quant tu vouldras aler hors de la vile oye primierement la messe et apres di ceste oraison.*

98 Beatissime deus domine notam fac viam michi in qua ambulem quia ad te levavi animam meam perfice gressus meos in semitis tuis ut non moveantur vestigia [57r] mea. Vias tuas domine demonstra michi et semitas tuas edoce me viam iniquitatis amove a me et in lege tua miserere mei tuam iustificationum tuarum instrue me et exercebor in mirabilibus tuis gressus meos dirige secundum eloquium tuum ut non dominetur mei omnis iniusticia lucerna pedibus meis verbum tuum et lumen semitis meis benedictus dominus die cotidie prosperum iter nobis faciet deus salutarium nostrorum. Amen.

99 *Apres dy les iij oroisons ensuivant.*

100 Deus infinite misericordie et pietatis immense quem nunc spacia temporum nunc intervalla locorum ab hiis quos tueris abiungitur adesto pius et

93 GREG. Sup. 1138. – BRUYLANTS, n° 911.

94 GREG. Ha 198. – BRUYLANTS, n° 18.

100 Cf. LH I, 48.

propicius invocationibus nostris et per omnem viam quam ituri sumus dux et comes adesse digneris ut nichil adversitatis nobis noceat vel difficultas assistat cuncta prospera sint et salubria ut quicquid iuste petimus desiderio celeri [58r] et prospero consequamur effectum.

101 *«Oracio.»* Respice in nos rector eterne deus da nobis sanctum angelum tuum ubique custodem conserva in me graciam quam infundisti animam custodi mentem rege et erige vias dirige actus proba vota perfice cogitationes sanctas in me institue preterita mala indulge presentia emenda futura moderare et tu me benedicere digneris de celis qui me venisti redimere in terris iesu christe salvator [58v] mundi qui vivis et regnas.

102 *«Oracio.»* Deus qui beatum iulianum confessorem tuum hospitalitatis gracia sublimasti tribue nobis quesumus famulis tuis eius meritis et precibus hospicium nostre fragilitati congruum et tue maiestati acceptum et dirige domine pedes nostros in viam pacis et angeli tui benigni michael gabriel raphael cherubyn seraphyn sint mecum semper. Amen.

103 *Quant tu seras empres la ville ou la cite ou tu vouldras [59r] aler dy ce qui sensuit.*

104 Salve sancta civitas benedicat te sancta trinitas omnes sancti qui sunt in te orant pro nobis et pro te.

105 *Et dix apres iij foys ta Pater noster et Ave maria et apres fay ta besoigne et ce que tu auras afaire apres.*

106 *Quiconques dira une foys le iour de bon cuer et devotement ces oroisons qui sensuivent en la commemoration des vij douleurs que la vierge marie eust de son filz quant il [59v] souffri mort et passion le pape innocent donne iij cens quarantaines iours de vray pardon et il meismes les fist et ordonna.*

107 Domine iesu christe fili dei vivi qui hora diei prima pylato presidi presentatus ab iniquis innocens accusatus spoliatus facie velatus collaphizatus fuisti

101 Cf. SALMON, p. 164, n° 387.

102 Il s'agit de saint Julien l'Hospitalier, personnage prétendument italien et par ailleurs parfaitement inconnu, dont la vie, aussi invraisemblable que rocambolesque et qui est consignée dans la célèbre *Légende dorée* de Jacques de Voragine, a littéralement enchanté des générations de fidèles, aussi crédules que pieux. Cet incroyable récit est rapporté à la date du 29 janvier par les uns et à celle du 12 février par les autres. Cf. TEODOR DE WYZEWA, *La légende dorée*, traduite du latin. Paris 1913, p. 116–118. Cf. également la *Bibliotheca sanctorum*, VI, 1203–1208.

107 La série des oraisons ou prières pour honorer les principaux moments de la passion du Christ est un des lieux communs de la piété du Moyen-Age. Très généralement, on trouve sept formules, rapportées aux heures de matines, prime, tierce, sexte, none, vêpres et complies, qui constituent une sorte de méditation sur la passion et les souffrances du Seigneur.

planctibus tue matris et lacrimis quesumus facia amborum passione amari ubique ut hostes vincere ad tuam valeamus pervenire qui vivis [60r].

«*Sequuntur de septem doloribus beate Marie»*

108 Propter illius terroris commemorationem ... [60v].

109 Propter gemitus et lacrimas ... [61r].

110 «*Oracio.*» Domine noster iesu christe qui hora diei tercia [61v] coram pylato preside purpura induitus spinis coronatus arundinem gestans in manibus illudendum presentatus fuisti cumque spoliatus ad columpnas ligatus flagellatus condemnatus crucem tuam sacris humeris tuis portasti fac nos quesumus penitentie crucem portare ut iudicii per te ipsum iudicem eterne mortis sententiam fugere valeamus qui vivis et regnas cum deo patre in unitate spiritus.

111 Propter //.

112 «*Oracio.*» (Lacune de 2 feuillets)

113 «*Propter.*»

114 «*Oracio.*» ... // [62r] bus verberibus flagellis ac siti valida dessicatus aceto felle potatus fuisti et inclinato capite clamans et lacrimans spiritum beatissimum emisisti et in limbo inferni descendens eius vectes ferreos tue passionis virtute fregisti concede propicius ut peccatorum nostrorum confactus in hora mortis nostre animas nostras ad te qui vere paradisus es misericorditer facias pervenire qui vivis.

115 Propter gravamen et tormentum ... [62v, 63r].

116 «*Oracio.*» Domine iesu christe qui hora vespertina [63v] fuisti nimis fatigatus et turba morte preventus coram matre lancea perforatus nobis de sancto latere tuo sanguis in precium et aquam in lavationem tribuisti fac corda nostra sic passionis tue memoria continua recordari ut que in via sumus iam redempti te gloriosum in celis quem in terris passum recolimus recordari valeamus qui vivis.

117 Propter illius acerbi eiulatus ... [64r, 64v].

118 «*Oracio.*» Salvator mundi clementissime qui inter opprobria que pertulisti virginis marie anxietatibus et doloribus ita compati ut secum eterna dulcedine mereamur [65r] eternaliter perfrui qui vivis et regnas.

119 Propter singultus et suspiria ... [65r].

108 Les sept textes énumérant les sept douleurs de la Vierge (n° 108, 109, 111, 113, 115, 117 et 119), ont été publiés par WILMART, p. 522–526. Les oraisons intercalaires sont propres à Gingins.

120 *Quant tu vouldras aler dormir dy ces oroisons qui sensuivent* [66r].

121 Ore tuo christe benedictus sit thorus iste dormiat in christo qui lecto iacet in isto. Custos esto meus dum dormio nocte matheus. Marce precare deum nescire demonibus esum. Huic domui presto defensor lucas adesto. Te precor ut dampnes fantasmata cuncta iohannes. Angelum nobis mitte michael ad istam celitus. Mitte rogitamus aulam [66v] nobis ut crebro crescant prospera cuncta.

122 *«Oracio.» Exaudi nos deus salutaris noster ...*

123 *«Oracio.» Signum salutis pone domine in domibus istis ut non permittas introire angelum percipientem in domibus in quibus habitamus de celo* [67r] *domine pone signum tuum et protege nos et non erit in nobis plaga nocens.*

124 *Il est ung ange qui se nomme angele sancte.*

125 Angele sancte dei sis defensor custosque mei superne time cuius angele sancte qui ad custodiam fragilis vite mee deputatus es gratias tibi de tua custodia qui me ab instancia custodire dignatus es. Tu enim es dulcissimus et amatissimus domino nostro et meus mea est omni hora te prosequi et corde [67v] conpleteari tuam purissimam sanctitatem.

126 *«Oracio.» Candidum et immarcessibile lilyum celestis paradisi rutillum sydus superioris firmamenti unigeniti gemma in curia regis eterni mei domine indulge michi quia in conspectu tuo tocens delinqui et veniam modo delictorum meorum a domino posco insidiantes michi hostes repelle in omni periculo corporis et anime michi assiste orationes meas adiuva ut acceptabiles sint in conspectu* [68r] *dei sicut suavitatis incensum omnem vitam meam deo meo commendo in die defunctionis mee adesto michi cum electis sociis tuis et impetra michi a domino ut felix ronnalis (?) et honestus fiat exitus meus et suscipe animam meam supplicem subiectam tibi presenta eam in vitam eternam.*

«Hymnus.»

127 Christe qui lux es et dies ... [68v, 69r].

«Hymnus.»

128 Te lucis ante terminum ... [69v].

121 ICL 13468.

122 GREG., Sup. 1456.

123 Cf. PRG XXXVI, 2.

125 Cette prière à l'ange gardien est différente de celle qui figure sous le n° 28. Elle ne semble pas avoir été connue de Wilmart.

127 RH 2934. – AH 51, n° 22.

128 RH 20138. – AH 51, n° 44.

129 *«Oratio.» Visita quesumus domine habitationem istam et omnes insidias inimici ab ea repelle et angeli tui sancti habitant in ea qui nos in pace custodiant et benedictio tua sit super nos semper et pacem nostris concede temporibus qui vivis.*

130 *«Oratio.» Deus qui illuminas [70r] noctem et post lucem tenebras facis concede nobis ut in haec nocte sine impedimento sathan transeamus atque matutinis horis ad sanctum altare tuum recurrentes tibi laudes et gratias referamus qui vivis et regnas deus etc.*

131 *Apres dy Salve regina tout au long et repose.*

132 *«Oratio.» In hac hora huius diei quesumus domine tua nos reple misericordia ut per totum diem exultantes in tuis laudibus iugiter [70v] delectemur qui vivis et regnas.*

133 *Et se tu te pues esveillier a miennuit dy ce qui sensuit.*

134 Domine iesu christe qui hora diei matutinali pro salute humani generis tradi capi ligari alapis cedi et conspui voluisti fac nos quesumus omnipotens deus et opprobria pro tui nominis gloria letanter ac accipere et sancte huius sacra-tissime passionis memoriam continuam recordare ut ad tue resurrectionis consortium [71r] pervenire mereamur feliciter. Amen.

135 Propter illius terroris commemorationem quo cor tuum contremuit virgo beatissima *ut supra* (n° 108).

136 *Quant tu vouldras lire estudier ou preschier dy les deux oroisons qui sensuivent si comme fesoient sainct thomas dacquin david et salomon quant ilz voloient estudier.*

137 Da michi intellectum et scrutabor legem tuam et custodiam [71v] illam in toto corde meo. Domine da michi secundum assistem sapientiam et noli me reprobare a pueris tuis quia servus tuus sum et filius ancille tue. Mitte illam a sede magnitudinis tue ut tecum sit et tecum laboret ut sciam quid acceptum sit et tecum labor et coram te omni tempore qui servus tuus sum et filius ancille tue. Revela oculos meos et considerabo mirabilia de lege tua. Bonitatem et disciplinam et scientiam doce me quia mandatis tuis credidi [72r].

138 *«Oratio.» Creator ineffabilis qui de thesauris tue sapientie nomina angelorum iherarchias evocasti atque elegantissime per partes universas dispositi tu qui verus fons luminis diceris atque superveniens principium digneris super intellectus mei tenebras infondere tue radium claritatis dupplicem in qua natus sum removens privationem tenebram peccatum scilicet et ignorantiam qui linguas [72v] infantium facit discretas linguam meam erudas in labiis meis*

129 Cette oraison est celle qui clôture les Complies.

138 Cf. LH II, 218.

gratiam tue benedictionis infundas. Da michi intelligendi acumen retinendi capacitatem dicendi facilitatem interpretandi subtilitatem loquendi gratiam copiosam ingressum instruas progressum dirigas egressum compleas qui cum patre et spiritu sancto vivis.

139 *Quant tu trouveras une croix droite en ton chemin dy ce qui sensuit [73r].*

140 Salve crux preciosa que in corpore christi dedicata es et ex eius membris tanquam margaritis ornata libera me servum eius qui peperdidit in te ab omni tribulatione et fac me ad eternam gloriam pervenire per signum crucis de inimicis nostris libera nos deus noster. Exaudi nos deus salutaris noster et per triumphum sancte crucis a cunctis nos defende periculis per christum dominum.

141 *Quant tu adoureras la croix [73v] dy ce qui sensuit.*

142 Tuam crucem adoramus domine tuam gloriosam recolimus passionem miserere nobis qui passus es pro nobis.

143 *Item tu te dois confesser une foys lan dumains sur peine de pechie mortel et avant que tu te confesses dy les deux oroisons qui sensuivent.*

144 Suscipe confessionem meam domine sancte pater omnipotens eterne deus ne permittas me perire quia [74r] creatura tua sum sed concede michi spacium penitendi ut ante diem exitus mei per veram penitentiam tibi placere valeam.

145 Deus inestimabilis pietatis et nunc immense conditor et reparator humani generis qui confitentium tibi corda purificas et accusantes se ante conspectum clementie tue ab omni vinculo iniquitatis absolvis virtutem et misericordiam tuam totis exoro gemitibus ut secundum multitudinem miserationum tuarum [74v] de omnibus peccatis meis de quibus accusat me conscientia mea puram tibi concedas agere confessionem veramque ex omnibus emendationem qui vivis et regnas.

146 *Ps. Miserere mei deus miserere mei quoniam in te confidit ... (Ps. 56 intégral) ... [76v] ... <Ps.› Eripe me domine ab homine malo ... (Ps. 139 intégral) ... [77v] ...*

147 *Item note que quant nostre seigneur fut vendu et trahy de iudas et pris de ses ennemis il receut en vulneration V mile iiii cens et XL plaies les quelles toutes le ior quil souffri mort getterent sang si comme daniel prophetiza. Et dist saint iehan crisostome que se tu dis tous les iours delan XV foys ta Paternostre jusques a fin de lannee et que tu les*

140 Cf. LH I, 141.

141 Cette petite formule s'inspire visiblement d'une antienne se rapportant à la cérémonie de l'adoration de la croix, le Vendredi Saint, mais elle n'en est pas la copie servile.

fines a tel iour comme tu les commenceras [78r] tu en auras pour ta paine et loyer que tu ne morias ia en pechie mortel et a la fin de tes «iours» nostre seigneur sapparras a toy avec toutes les plaies dessus dictes et te delivrera de la peine et du tourment denfer mais que tu soies vray confes et repentans. Item on lit en la saincte escripture que quiconques dira par ung an entier chascun iour les XV Paternostres desus dites pour une ame qui soit en peine en purgatoire a la fin de lan lame sera delivree des peines [78v] de purgatoire et sen ira tout droit en paradis mais que on les die devotement et de bon cuer.

148 *Oratio.* Adoro te deus pater ingenite verum deum omnipotentem qui per filium tuum dominum iesum christum in sancto spiritu me nasti redemisti et gubernas. Adoro te et gratias ago tibi de omnibus beneficiis tuis et culpam de omnibus peccatis meis quecumque feci cogitando loquendo operando committingando et in cunctis viciis meis quibus [79r] ego miser peccator peccavi precor miserere mei qui vivis et regnas deus per omnia secula.

149 *«Oratio.»* In manus tuas deus meus redemptor meus et illuminator meus pater et filius et spiritus sanctus commendo animam meam corpus meum sensum meum visum meum intellectum meum spem meum perseverenciam meam iudicium meum et actiones meas omnia interiora mea et exteriora et in hora ultime necessitatis mee dispone me domine [79v] deus meus secundum viam et voluntatem tuam ac pietatem et meam necessitatem et perducas animam meam ad vitam requiem et consolationem sempiternam. Amen.

150 *«Oratio.»* Indignus ego et infelix quis me liberabit de corpore mortis nisi gratia domini nostri iesu christi quia ego sum peccator et innumerabilia sunt delicta mea et non sum dignus vocari filius tuus suscita in me fletum mollifica cor [80r] meum durum et lapideum et accende in me ignem amoris tui quia sum cinis et pulvis moriturus sum libera domine animam meam ab insidiis inimici conserva me in tua voluntate doce me facere voluntatem tuam quia deus meus es tu cui est honor et gloria per infinita secula seculorum. Amen.

151 *Beatus hylarius super eodem devotus extraxit istos psalmos per quos debemus deum pro spiritualibus rogare negotiis [80v] sic inquiens. Qui vult deum sibi habere propicium dicat contrito corde sepcies ante crucifixum hos duos psalmos scilicet Usquequo domine oblisceris (Ps. 12) <et> Ad te levavi oculos meos (Ps. 122).*

152 *Qui est in magna necessitate seu negocio dicat semel devote psalmum In te domine speravi (Ps. 30).*

153 *Qui debet ire alicubi si dubitat de aliquo dicat ter hunc psalmum Iudica me deus et discerne (Ps. 42).*

154 *Surgens [81r] de lecto antequam aliquid faciat dicat hunc psalmum Deus in nomine tuo salvum me fac (Ps. 53) et ipse transibit diem sine impedimento satiane.*

155 *Qui est in magna necessitate dicat devote hos psalmos* Exaudi deus orationem meam et ne despexeris (Ps. 54) *<et>* Exaudi deus orationem meam cum deprecor (Ps. 63).

156 *Qui debet bellare contra potentem dicat sepcies hunc psalmum* Miserere mei deus miserere [81v] mei quoniam in te confidit (Ps. 56).

157 *Qui debet pugnare seu bellare vel alius pro se dicat hos duos psalmos* Eripe me de inimicis meis (Ps. 58) *<et>* Exaudi deus orationem meam cum deprecor (Ps. 63).

158 *Qui se sentit in aliquo peccato dicat ter hunc psalmum* Deus misereatur nostri et benedicat nobis (Ps. 66).

159 *Qui est in tribulatione dicat hunc psalmum* Salvum me fac deus quoniam intraverunt aque (Ps. 68).

160 *Qui vult aliquid expendat se in cruce ante altare et dicat quinques psalmum* [82r] Deus in adiutorium meum intende (Ps. 69).

161 *Qui sentit se in potestate <diaboli> dicat hunc psalmum* In te domine speravi non confundar (Ps. 30).

162 *Qui timet ne sit condempnatus vel iudicatus iniuste devote et compuncto corde dicat hunc psalmum* Deus venerunt gentes in hereditatem tuam (Ps. 78).

163 *Qui vult adimplere desiderium suum in bonum bis per quindecim <days> dicat «hunc psalmum»* Ad te levavi oculos meos (Ps. 122). [82v].

164 *Qui est in magna necessitate vel tristicia aut tribulatione dicat dominica die in templo ante corpus domini hunc psalmum* Domine deus salutis mee in die clamavi et nocte coram te (Ps. 87).

165 *Qui est tribulatus dicat hunc psalmum* Domine refugium factus es nobis (Ps. 89). *Et in fine cuiuslibet psalmi dicat Pater noster <et> Ave maria.*

166 *Et apres si tu veulx recevoir le corps nostre seigneur tu dois regarder et adviser tres bien en ta conscience sil ya aucuns [83r] pechier de quoy tu nayes este confesse et auxi que tu aies ferme propos et bonne entention de toy abstenir de pechier dore en avant et se tu as ces deux choses en pensee tu pues bien recevoref entierement et auxi en considerant la grant dignite et benignite de nostre seigneur qui a nous sest donne en viande et ta grant indignite de le recevoir et avant que tu soies¹ a la table de nostre seigneur tu diras loroison qui sensuit la quelle disoit le pape [83v] benedict avant quil alast a la table nostre seigneur.*

166 ¹ voies: cod.

167 *Oroison.* Domine dulcissime et super omnia suavissime iesu christe adesto supplicationi mee et per magnam misericordiam tuam munda me ab omni iniquitate peccati ut digne possim accedere ad perceptionem corporis et sanguinis tui nosti et bene nosti benignissime domine iesu christe quamvis illusionibus et vanitatibus omni hora sine intermissione infelix [84r] animus meus vel natura et multociens ita evenit ut ipse dulcissime prospicis et si me dimittas ire et in meam pessimam et vanissimam voluntatem meipsum totum in magnam voraginem peccati precipitatem tu scrutator cordium et omnium¹ rerum deus tu nosti omnia peccata mea quecumque egi et adhuc ego fateor clementie tue me esse nimis vagum vanum superbum iracundum impacientem et aliis viciis multum quibus [84v] humana fragilitas vexari et describi solum multum iniquitatum ecce deus piissime et misericordissime non verecundor expendere omnes iniquitates meas o deus ex misericordia tua respice ad penitenciam meam et suscipe confessionem meam et dele iniquitatem meam si iniquitates obser-vaveris domine domine quis sustinebit propterea propicius esto michi domine propicius esto michi peccatori nosti quam [85r] fragilis et inflectiva sit anima mea et delicta eius a te non sunt abscondita et nunc et in mora accessurus sum ad communionem corporis et sanguinis tui quod cum diligenter intueor quanta sit reverentia agendum quam pura devotione et conscientia sit sumendum et quam munda mentis cogitatione debet esse qui tam mirificum est suscepturus miste-rium non enim parum de mea perceptione formido sed [85v] vehementissime timeo ne in die iudicii dampnatio sit michique ad tuam magnam rem tam indignus accedere presumo omni repetita confessione deus meus expono maie-stati tue omnes iniquitates meas quas abiecto timore infelicitate amplexo exoro tamen misericordiam tuam clementissime deus tu scis que ita facio quod vitam sordido vase corpus et sanguinem tuum suscipio verum dico non parco michi sed [86r] plenus peccatis et iniquitatibus ad tuam sanctam communionem accedo uti vere multum formido que magis ad perditionem quam ad salutem michi sit hec presumpcio tam fetidus et putridus tam mundam sacram contin-gere presumo est enim cor meum immundum omnes sensus corporis mei immundi et sic intus et foris in mundo non invenio aliquid in me mundum ubi honeste et sicut decet corpus et sanguinem tuum [86v] respondere non tamen despero de tua misericordia quia si tu vis potes me mundare ut michi expedit et tuo corpore et sanguine principaliter gratulari cum pro me ad redemptionem² mortem susceperis et de tuo latere pro mea emundatione sanguis feliciter emanavit succurre tu me domine succurre michi peccatori si indignus sum sicuti sum et ego fateor verbera me et munda me corripe me et quamdiu vixero castiga me tuum [87r] peccatorem in tua misericordia confidentem donec omnis rubigo peccati recedat a me que tamen per longum tempus indurata est in me et in

167 ¹ omni: *cod.*

² redēptionē: *cod.*

lateribus domus mee fateor peccator sum indignus sum tamen non recedo a te
iesu dulcissime et si infirma mente tenebo te oro te non recedas a me donec ab
omni iniquitate peccati absolvias me et sic carnem tuam manducantem et san-
guinem tuum bibentem post mortem carnis perducas me ad [87v] salutem veram
sed ad sacerdotem verum ubi cum ceteris christianis tuis membris ego non tunc
peccator sed dignus tui corporis te laudem et glorificem per eterna secula.
Amen.

168 *Et apres quant tu seras a la table de nostre seigneur tu diras ij foys loroison qui sensuit usques a ce mot anima mea et la tierce <foys> tu la dira tout au long cest assavoir de non sum dignus.*

169 *Oratio.* Domine non sum dignus ut intres sub [88r] tectum meum vel in corpus meum sed tantum dic verbo et sanabitur anima mea.

170 *Et in ultima vice sic.* Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum vel in corpus meum sed scio et firmissime credo ac indubitanter fateor quod tu me potes facere dignum precor igitur infinitam misericordiam tuam ut per meritum sacratissime passionis tue et per virtutem huius admirabilis sacramenti [88v] infundans¹ in me gratiam tuam ut ipsum et eius effectus in me recipere possim per te christum qui vivis et regnas.

171 *Et apres quant le prestre taura mis le corps nostre seigneur dedans la bouche tu diras loroison qui sensuit et ne avales lostie iusques atant que tu viegnes a ce mot veni in cor meum et lors avale la et dy apres au long loroison qui sensuit.*

172 O panis dulcissime habens omne [89r] delectamentum et omnem saporem qui nos de te semper reficis et in te nunquam deficis comedat te cor meum et dulcissimi saporis impleantur viscera anime mee manducat te angelus pleno ore in pacientia manducat te peregrinus homo pro modulo suo ne deficeret in via tali recreatus viatico panis vive panis mundo panis pulcher qui descendis de celo et das vitam mundo veni in cor meum et munda me [89v] ab omni inquinamento carnis et spiritus intra in animam meam sana et sanctifica me interius et exterius esto tutamentum et continua salus corporis et anime mee repelle a me insidiantes michi hostes recedant procul a presencia patiencie tue ut foris et intus munitus per te recto tramite ad regnum tuum perveniam ubi non in misteriis sicut in hoc tempore agitur sed facie ad faciem te videbimus cum tradideris regnum deo patri [90r] et deus erit omnia in omnibus tunc enim me saciabis sacietate mirifica ita ut non esuriam neque siciam in eternum.
Amen.

173 *En apres quant tu auras receu le corps nostre seigneur dy les oroissons qui sensuivent.*

170 ¹ infondans: cod.

174 Ecce iesu benignissime quod cupiebam iam teneo ecce rex clementissime quod desiderabam iam sentio hinc tibi coniungas in celis qui corpus tuum licet indignus suscepit in terris crux ex latere [90v] domini nostri iesu christi manerit michi indigno famulo tuo ad salutem et proficiat ad remedium sempiternum. Amen.

175 *Oratio.* Domine iesu christe corpus tuum pro nobis crucifixum edimus et sanguinem tuum pro nobis effusum bibimus presta quesumus ut non remaneat peccati macula ubi¹ tam sancta intraverunt sacramenta eya nunc mundissime deus oro ut sit michi dulcissimum medicamentum omnis [91r] virtutis et gratie virtutissimum implementum et tam in vita quam in morte contra omnia pericula validissimum tutamentum optime deus ut sit michi hoc sacramentum ad eternam beatitudinem solidissimum fulcimentum my domine deus queso per sanctam eukaristiam da michi ut a peccatis emundatus meritis fecundatus sim in bono et consummatus tecum sine fine sim beatus. Amen.

176 *Item il est a noter que si tu es en pechie [91v] mortel ou legente (?) ou constitue ou autre chose te detient en ce pechie mortel tu dois devotement dire les pseaumes qui sensuivent cest assavoir Iudica me deus et discerne causam (Ps. 42) <et> Usquequo domine oblidisceris in finem (Ps. 12).*

177 *Item note que se tu es en tribulacion daucun meschient tu dois dire devotement ce pseaume qui sensuit Dominus illuminatio mea et salus mea (Ps. 26). Dy [92r] ce pseaume tout au long et le trouveras es vigiles de mors.*

178 *Item note que se tu veulz aucune bonne euvre commencer et que tu la vueillies parachever tu dois dire devotement agenoillie devant lautel V foys le pseaume qui sensuit Deus in adiutorium meum intende. Gloria patri (Ps. 69).*

179 *Item notte que se tu veulx avoir victoire contre tes ennemis esperitueulz [92v] ritueulz et corporeulz tu dois dire devotement les pseaumes qui sensuivent Exaudi deus orationem meam cum deprecor (Ps. 63) <et> Miserere mei deus (Ps. 50).*

180 *<Oratio>. [96r] Domine iesu christe qui in sancta cruce pendens pro nostra salute virginem matrem virginis discipulo commendasti concede propitius pro tua bonitate ut ipsi nos in hac peregrinatione custodiant ab omni malo nos liberent misericordiam tuam nobis implorent ad exitum nostrum occurant et ad vitam eternam introducant.*

181 *Oratio.* Interveniat pro nobis quesumus domine ... [96v].

182 *Oratio.* Ecclesiam tuam quesumus domine benignus illustra ...

175 ¹ ibi: cod.

181 WILMART, p. 530. – Cf. LH I, 135.

182 GREG., Ha 67.

183 *Oratio.* Deus qui voluisti pro nostra redemptione ... [97r, 97v].

Devotes salutations a nostre seigneur iesu christ.

184 Ave domine iesu christe verbum patris ... [98r, 98v].

Pater noster. Ave maria.

185 *Oratio.* Memento mei qui solus es sine peccato christe redemptor mundi et educens me de corpore huius mortis salvans in regno celesti suscipe me secundum magnam misericordiam tuam et non confundas me ab expectatione mea tu semper fuisti protector meus in manus tuas commendo spiritum meum. Amen.

186 *Oratio.* Veni sancte spiritus benignissime [99r] consolator dolentis anime veni et esto michi in omni necessitate et angustia et tribulatione consolator et defensor ut per te qui es amator patris et filii et compago et consequa et obtineam peccatorum meorum remissionem atque corporis et anime salutem et hoc quod quero unde extrinseca permota existo adiuvante eodem patre et filio cum quo vivis et regnas deus per.

187 *Oratio ad proprium angelum.* Sancte angele dei minister ... [99v, 100r].

188 «*Oratio.*» Domine iesu christe pastor bone qui es omnipotens deus rex celi et terre pius et misericors dominus redemptor bonus qui es terribilis et pacificus et gloriosus omnipotens deus salvator qui es magnus et altissimus filius dei iesu christe dominus noster et non est alius preter te domine et non est qui possit resistere tue maiestati neque in celo neque in terra neque super terram qui de nichilo fecisti celum et terram mare et omnia que in eis sunt qui es sanctus dominus sanctus [100v] fortis sanctus et immortalis miserere nobis qui tollis peccata mundi miserere nobis qui es rex regum dominus dominantium per sanctam sapientiam tuam per sanctam incarnationem tuam per sanctam nativitatem tuam per circumcisionem tuam per sanctam apparitionem tuam per sanctam oblationem tuam per sanctam trinitatem tuam per sanctam passionem tuam per sanctam crucem tuam per sanctam mortem tuam per gloriosam resurrectionem tuam per admirabilem ascensionem tuam per [101r] adventum sancti spiritus paracliti quem super apostolos tuos misisti et omnes sanctos tuos docuisti et illuminasti illumina animas nostras et corpora nostra de tua sapientia de tua virtute de tua misericordia de tua gratia de sancto spiritu aperi os nostrum

183 Même formule que le n° 24, mais, chose unique dans Gingins, elle est au féminin : *me miserrimam peccatricem.*

184 WILMART, p. 24, n. 2 et p. 412–413.

187 WILMART, p. 552 et p. 581.

188 Cf. LB. IV, 312.

qui aperuisti in patriarchis et prophetis et in apostolis tuis et in omnibus sanctis et electis tuis in tuo sancto servicio et in laude tua et in omnibus mandatis tuis possimus permanere et perseverare in diebus nostris et in novissima [101v] hora in tuo servicio. O domine per virtutem sancte crucis et per inventionem eius et per exaltationem eius da nobis arina (?) celestia benedictionem tuam celestem virtutem et fortitudinem consolationem tuam et victoriam contra inimicos nostros contra adversarios nostros contra criminalia peccata contra cogitationes contra locutiones pravas et pessimas da nobis domine cor contritum et humiliatum et recordari et cogitare quia pulvis [102r] sumus et cinis da nobis invocare nomen sanctum tuum et in cunctis diebus nostris et in novissima hora da nobis tibi gratias agere te amare te diligere mandatis ac preceptis tuis semper obedire te benedicere cum angelis et archangelis cum thronis et dominationibus domine qui liberasti enoch et helya de communi morte mundi et loth de sodomis et de flamma ignis moysem et aaron de manu pharaonis regis et de manu egyptiorum et tres [102v] pueros de camino ignis ardantis et daniellem de lacu leonum iob de passione huius seculi et liberasti omnes fideles tuos de tenebris et penis inferni libera nos ab insidiis dyaboli et ab inimicis nostris et ab adversariis nostris omnibus visibilibus et invisibilibus a subitanea et improvisa morte sencunda. Christus vincit christus regnat christus imperat qui es omnium opifex iesu christe domine deus noster tua victoria tua misericordia et consolatio tua pietas [103r] et visitatio et pax tua sit super nos miseros et peccatores in omnibus operibus nostris et in novissima hora tu es christus filius dei vivi qui in hunc mundum venisti et totum mundum precioso sanguine tuo redemisti adiuva nos et conforta nos rex sanctorum et angelorum da super nos vultum serenum et placabilem auxilium sanctum tuum de celis et benedictionem tuam celestem super nos mitte dirige in auxilium nostrum domine [103v] sanctos angelos tuos michaelem gabrielem raphaelem cherubyn et seraphyn qui custodient nos ab insidiis dyaboli a temptationibus malis a maligno spiritu a potestate et principibus tenebrarum et a fulgure et tempestate et omni peccato et periculo mortis a peste et clade da nobis amare celestia desideria terrena despiceret da nobis intellectum et scientiam qua te possimus agnoscere quia tibi servire desideramus da nobis inter nos bonam [104r] voluntatem caritatem et dilectionem in manus tuas domine commendo spiritum meum animam meam et corpus meum in diebus meis in novissima hora mea et dum veneris iudicare seculum per ignem. Amen.

189 *Oratio.* Domine iesu christe qui pro peccatoribus corpus tuum in manibus inimicorum tradidisti et mortem subire dignatus es misericordiam tuam imploro clementer ut per gloriosum corpus tuum quod hic in [104v] specie panis adoro et sanguinem tuum qui hodie sanctificatus est me ab omnibus insidiis inimicorum defende et intercedentibus omnibus sanctis tuis ad gaudia eterna perducas. Per christum dominum nostrum. Amen.

190 *Incipit oratio venerabilis bede presbiteri de septem ultimis verbis domini nostri iesu christi in cruce pendentis¹ qua fertur quod qui cotidie devote flexis genibus eam dixerit nec dyabolus nec aliquis malus homo ei nocere poterit nec [105r] inconfessus morietur ac per triginta dies ante obitum suum gloriosissimam virginem mariam videbit ad suum auxilium preparatam.*

191 *Oratio.* Domine iesu christe qui septem verba die ultimo vite tue in cruce pendens dixisti ut per illa sacratissima verba in memoria habeam rogo te per virtutem illorum septem verborum ut michi parcas quicquid commisi de septem peccatis criminalibus [105v] vel ex illis procedentibus scilicet de superbia invidia avaricia gula ira accidia et luxuria. Domine sicut dixisti: Pater ignosce crucifigentibus me fac ut amore tui parcam ego cunctis michi mala facientibus. Et sicut tu dixisti ad latronem: Hodie tecum eris in paradyso fac me ita vivere ut in hora mortis mee dicas michi: Hodie tecum eris in celo. Et sicut tu dixisti matri tue: Mulier ecce filius tuus deinde [106r] dixisti discipulo: Ecce mater tua fac me ut matri tue societ amor tuus et caritas vera. Et sicut tu dixisti: Hely hely lama zabathani quod significat: Deus meus deus meus utquid dereliquisti me fac me dicere in omni tempore tribulationis et angustie: Pater mi domine mi miserere michi peccatori et adiuva me dirige me rex meus et deus meus qui tuo proprio sanguine redemisti me. Et sicut tu dixisti: Sicio [106v] scilicet animarum sanctorum que in limbo fuerant adventum tuum expectantes fac ut ego semper siciam te et diligam fontem aque viventis fontem eterni luminis toto cordis desiderio ad amandum. Et sicut tu dixisti: Pater in manus tuas commendō spiritum meum fac ut in obitu meo perfecte et libere possim ego tibi dicere: Pater in manu tua commendō spiritum meum recipe me venientem [107r] ad te quia nunc constituisti temporalem terminum vite mee. Et sicut tu dixisti: Consummatum est significans labores et dolores quos pro nobis miseris suscipere veneras iam finiri fac ut audire merear illam dulcissimam vocem tuam scilicet: Veni dilecta mea qui iam disposui penurias consummari veni ut mecum concedas cum sanctis angelis meis in regno meo epulari per infinita secula seculorum. Amen [107v].

192 *Oratio.* Domine sancte pater omnipotens eterne deus confiteor tibi omnia peccata mea quia peccavi nimis in visu et auditu gustu et odoratu et tactu cogitatione delectatione consensu opere murmuratione detractione libidine in luxuria et superbia et elatione mira in mendacio in fallaciis et malis desideriis et non solum ego miser peccavi sed eciam alios indicavi ad peccata et vicia dans meis mea culpa et peccata [108r] parentum meorum confiteor tibi domine quia peccavi nimis cum patribus meis iniuste egi iniquitatem feci. Propterea precor te domine miserere mei secundum magnam misericordiam tuam et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam amplius lava me

190 ¹ pendende: cod.

191 Cf. LH II, 342.

domine ab iniuitate mea et a peccato meo munda me et da michi indulgentiam et remissionem omnium peccatorum meorum meritis sancte [108v] et gloriose semperque virginis marie et omnium sanctorum tuorum qui tibi placuerunt ab inicio mundi et quod nostris non valemus eorum patrocinii assequamur. Per christum.

193 *«Oratio.»* Domine iesu christe fili dei unigeniti qui voluisti pro redemptione mundi a iudeis¹ reprobari trigenta argenteis appreliari et usque ad sudorem sanguineum in oratione pro nobis spiritu humiliari a iuda osculo tradi ab impiorum [109r] manibus iniuste capi et conspui durissime trahi expoliari ut agnus innocens ad victimam duci conspectui pylati offerri et ante illum humiliter sisti alapis² verberari falsis³ testibus accusari flagellis vexari a prophanis sacerdotibus scribis et phariseis calumpniari et scandalizari blasphemari et condemnari ab herode et exercitu eius spui et illudi ab inimicorum manibus sacrosanctum corpus tuum crudeliter arundine percuti et [109v] acutissimis spinis coronari velatis oculis colaphizari et in cruce levari inter latrones deputari clavorum aculeis perforari sitim incomodam pati felle et aceto potari derideri fatigari anxiari propter mestitiam gloriose virginis matris tue conturbari commoveri cum dolore et clamore maximo inclinato capite mori a milite in sacro tuo latere lancea vulnerari tu per has sanctissimas passiones et penas tuas domine iesu christe fili dei vivi quas ego indignus [110r] servus tuus modo commemoravi et per angustias molestias terrores illusiones et insidias quas a perfidis iudeis propter nostra peccata pertulisti ab infernalibus penis ab omnibus huius seculi periculis et a subitanea et eterna morte me libera et per sanctam cruem tuam salva et illuc perduc me miserum peccatorem quo perduxisti tecum crucifixum latronem qui vivis et regnas deus per omnia secula seculorum. Amen [110v].

194 *Quicumque hanc orationem sequentem qualibet die dixerit remissionem obtinebit omnium peccatorum suorum nec mala morte morietur et semper erit benefortunatus. Si vis aliquid petere dicas illa die hanc orationem sequentem et nullum impedimentum in itinere habebis. Si aliqua mulier sit laborans de partu recipe aquam alicuius fontis et dic super hanc orationem et da illi aliquantulum ad potandum et ab illo partu nullum malum pacietur. Si [111r] vis accedere coram regibus vel principibus vel quibuscumque aliis personis fac celebrare unam missam beate marie virginis scilicet Vultum tuum deprecabuntur et pone dictam orationem super caput tuum antequam ad eos vadas et postea invenies illis gratiam et honorem illa die qua eam dixeris. Si vis in ullo non cadere¹ si sis in mari et vigeat tempestas recipe cipham plenum aque maris et proice in*

193 Cette formule est nettement apparentée à celle des n°s 24 et 183 mais son texte, différent, est notablement plus long.

¹ indei: *cod.*

² alabis: *cod.*

³ falcis: *cod.*

194 ¹ cades: *cod.*

*mari aquam illam et cessabit tempestas quia ista est christi medicina omnis [111v]
doloris quia plena gratia dei est. Si quis hanc orationem dixerit sapiens erit et discretus
et orationem suam deus habebit gratam. Nullus enim scit quanta est virtus huius
orationis nisi solus deus.*

195 Deus omnipotens pater et filius et spiritus sanctus dato michi famulo tuo N. victoriam contra inimicos meos ut non possint michi nocere resistere nec contradicere sed virtus eorum et consilium sit in bonum. Tu deus sis fortitudo mea et refugium meum [112r] et clipeus defensionis mee quatinus dispergantur et convertantur omnes adversarii et inimici mei. Deus isaac deus iacob deus omnium bene viventium libera famulum tuum de omnibus peccatis meis de angustiis de necessitatibus de tribulationibus de periculis da michi robur fortitudinem et perseverantiam in bonum et sermonem rectum et benesonantem in os meum ut polita sint et recta omnia verba mea et perfecta omnibus [112v] me videntibus et audientibus ut inveniam gratiam et auxilium in omnibus petacionibus meis clemens a preliis dicit in se confidentem salvat christus vincit christus regnat christus imperat christus dignare esse triumphator omnium adversariorum meorum ut non timeam quid faciat michi homo.

«Ps.» Deus in nomine tuo salvum me fac (Ps. 53).

«Ps.» Deus misereatur nostri et benedicat nobis (Ps. 66).

196 «*Oratio.*» Libera me domine iesu christe fili dei vivi qui in cruce suspensus fuisti et lancea latus tuum perforare permisisti et preciosissimo sanguine tuo [114v] redemisti.

Libera me domine iesu christe sicut liberasti tres pueros de camino ignis ardantis scilicet sydrac misac et abdenago.

Libera me domine iesu christe sicut liberasti danielem de lacu leonum.

Libera me domine iesu christe sicut liberasti susannam de falso crimine et falso testimonio.

Exaudi me domine iesu christe sicut exaudisti mariam [115r] magdalenam peccatricem et dimissa sunt ei peccata multa.

Libera me domine iesu christe famulum tuum ab omni opere malo presenti preterito et futuro et exaudi me in omnibus deprecationibus meis et petitionibus meis et de necessitatibus et periculis meis.

Libera me deus pater deus filius deus spiritus sanctus. Amen.

197 «*Epistola christi.*» Beatus es abagar qui me non vidisti et in me credidisti multi enim [115v] sunt qui me viderunt et in me non crediderunt quia scripsisti michi ut venirem ad te scioque oportet me omnia adimplere propter quod missus sum. Nunc vero mittam unum de discipulis meis qui omnem infirmitatem tuam auferat a te hic apostolus tum curam. In omnibus que volueris

195 Cf. LH I, 323 et 329.

197 Cf. DACL I¹, 93–94 et IV², 2077–2078.

iterum mittam hanc epistolam ubicumque ambulaveris semper super te porta et eris potens et salvus et fortissimus in bello [116r].

198 *Nomina apostolorum.* Petrus saulus andreas iacobus philippus bartholomeus matheus barnabas symon et thadeus.

199 *Nomina dormientium.* Maximus marcus iohannes constantinus maximianus dyonisius seraphion.

200 *Nomen latronis.* Sanctus dymas oret pro famulo dei.

201 <*Antiphona.*> Ecce crux domini nostri iesu christi fugite partes adverse [116v]. Vincit leo de tribu iuda radix david.

202 <*Benedictio.*> Benedicat me divina maiestas pater et filius et spiritus sanctus. Amen.

203 *Oratio.* Dirige vias meas et in omni tempore consilia mea in filio tuo et in te permaneant ut complaceam tibi in omnibus et per omnia qui sunt et tibi placita sunt igitur fiat.

204 *Pape leon escript ceste epistre au roy abagar et dit que qui la portera sur soy naura paour de ses ennemis* [117r] *ne de ses malveillans ne de faulx tesmoings ne de tonnerre ne de hault mal ne de fievre continue ne quartaine ne de mort soudaine et puet aler per mer et par rivieres sans nul peril et est ycy lepistre qui sensuit.*

205 Ecce crucem domini nostri iesu christi fugite partes adverse vincit leo de tribu iuda radix david alleluia. O crux admirabilis elevacio malorum spirituum et periculorum restitutio libertatis. [117v] Iaspar fert mirram thus melchior baltazar aurum.

206 *Qui hec tria nomina regum super secum portaverit a morbo caduco christi pietate liberabitur qui magi dominum in bethleem voluerint et offerre ei munera ut cognoscerentve regem regum et dominus dominantium.*

207 Hic autem transiens per medium illorum ibat et non potuerunt apprehendere eum qui eum lapidare volebant et non potuerunt ei facere quicquam per dominum nostrum iesum christum [118r].

200 Il s'agit du « bon larron », auquel Jésus en croix déclara qu'il serait le jour même avec lui en paradis. Quoi qu'il en soit des légendes du Moyen-Age à son sujet, – qui lui ont donné le nom de Dymas ou Dysmas, – il y a lieu de remarquer que les Eglises grecque et latine ont tenu à honorer d'un culte public celui que le Seigneur avait pour ainsi dire lui-même canonisé pendant son supplice. – Dans le Martyrologe romain, Baronius l'a placé à la date du 25 mars. Cf. ASS Martii, 3^e éd., III, 557–558.

207 On a ici un très curieux et très rare exemple de la transformation d'un passage scripturaire en oraison (Lc. 4,30).

208 Et per nomina sancta eius sanet me deus sicut sanavit infirmos in chana galilee et per spiritum sanctum et per beatam mariam virginem matrem domini nostri iesu christi que fuit virgo ante partum et in partu et post partum et per salutationem quam ab angelo suscepit in ministerium conceptionis et per nativitatem domini nostri iesu christi et per apparitionem eius et per passionem eius et per mortem eius [118v] et per resurrectionem eius et per ascensionem eius et per gratiam spiritus sancti paracliti et per virtutes celorum per angelos et archangelos per thronos et dominationes per principatus et potestates et per cherubyn et seraphyn et per celum et per terram et per omnia que deus fecit et per septuaginta duos discipulos domini et per septuaginta duo genera linguarum deus abraham deus ysaac deus [119r] iacob et per tres pueros qui fuerunt positi in camino ignis ardantis sydrac misac¹ et abdenago. Christus vincit christus regnat christus imperat christus ab omni malo me defendat. Pater est vita filius est salus spiritus sanctus est remedium. Tu domine iesu christe adiuva me qui dixisti in cruce : Consummatum est et adiuvasti centum quadraginta quatuor milia innocentes qui pro te passi sunt per quatuor [119v] evangelistas marchum matheum iohannem et lucam et per hec illa sanctissima nomina que deus noster iesus christus in die parasceve nominavit. Agyos o theos agyos yskyros agyos athanatos eleison ymas. Sanctus deus sanctus fortis sanctus et immortalis miserere nobis. Et per illa sanctissima verba que deus dicit in cruce et per lanceam [120r] quam longinus latus eius perforavit et exivit sanguis et aqua in remissionem peccatorum clamans : Hely hely lamazabathani hoc est : Deus meus deus meus utquid dereliquisti me. Tu domine qui es alpha et omega principium et finis pax vita virtus et salus sabbaoth adonay libera nos domine per virtutes sanctorum et sanctorum et per beatum iohannem evangelistam [120v] et per omnia que ad honorem domini nostri iesu christi dici possunt. Amen.

«Preces ante psalterium sancti ieronimi.»

209 *«Oratio.»* [121r] Psalmorum istorum decantatione purificet me indulgentia tua deus ab omni iniquitate semper custodiat. Per christum dominum nostrum. Amen.

208 ¹ misa : cod.

209 Cette formule ouvre une succession de prières à dire avant de réciter le «psautier de saint Jérôme». Dans notre codex de Gingins, elle était précédée d'une très longue rubrique de 12 lignes (pratiquement toute une page) qui a tellement bien été grattée et poncée qu'elle est actuellement parfaitement illisible, même avec le secours de la lampe de Wood. Il semble qu'on ait voulu faire disparaître radicalement ce texte, soit parce qu'il était périmé ou paraissait tel, soit parce qu'il ne correspondait plus à la mentalité d'un des usagers du livre. Il est possible de s'en faire quand même une idée, grâce à un livre d'heures à l'usage de Sarum, où le psautier de saint Jérôme est précédé de la rubrique que voici :

Sanctus ieronimus in hoc modo disposuit hoc psalterium sicut angelus domini docuit eum per spiritum sanctum et propter hoc abbreviatum est quod illi qui solitudinem habent seculi vel qui infirmitatibus iacent vel qui operibus occupantur vel qui iter longum agunt vel qui

210 *Oratio.* Suscipere digneris domine deus omnipotens istos versiculos consecratos quos ego peccator indignus decantare cupio ad honorem et gloriam nominis tui et sancte marie virginis et omnium sanctorum tuorum pro me indigno peccatore et pro parentibus et amicis meis et hiis qui se meis [121v] orationibus commendaverunt pro omnibus fidelibus vivis et defunctis ut isti psalmi proficiant nobis ad remissionem omnium peccatorum nostrorum et ad spacium bene vivendi et ad dignos fructus penitentie faciendum defunctis vero ad requiem sint eternam. Per christum.

211 *Oratio.* Deus propicius esto michi peccatori multis iniquitatibus sordidato et concede propicius ut hec psalmodia et orationes quas coram te disposui [122r] acceptabilia in conspectu tuo fiant pro me meorum mearumque salute tam vivorum quam defunctorum quorum tu nomina nosti ut te miserante nobis prosint anime et corpori defunctis vero ad remissionem omnium suorum *(pec-
catorum)* et nunc et in perpetuum. Per christum dominum.

212 *Oratio.* Suscipere digneris domine deus hos versiculos quos ego indignus peccator decantare presumo et cupio in honore nominis tui pro me misero [122v] peccatori et pro omnibus peccatis meis que feci a baptismo usque ad hanc diem et horam in vanis cogitationibus in verbis ociosis¹ et in operibus malis et isti versiculi proficiant michi ad vitam eternam et ad remedium omnium peccatorum meorum et ad spatium penitentie. per christum dominum nostrum.

213 *Oratio.* Deus altissimus paciens fortissimus et multum misericors placabilis super maliciam deprecor te per intercessionem [123r] gloriosissime virginis marie et omnium angelorum et archangelorum patriarcharum et prophetarum apostolorum et martyrum confessorum atque virginum et omnium electorum tuorum ut hos presentes psalmos seu orationes suscipi inheas pro anima mea et pro animabus famulorum famularumque tuarum quos ego indignus peccator decanto vel oro ut nobis proficiant ad salutem animarum et ad requiem semipternam [123v] ut quando dies finisque meus advenerit societatem sanctorum tuorum percipiamus cum quibus inenarrabilem gloriam possideamus sine fine

navigio navigant vel qui bellum commissuri sunt contra hostes vel qui contra invidiam diabolorum militant vel qui votum voverunt domino cantare magnum psalterium et non possunt vel qui iejunant fortiter et debilitatem habent vel qui solemnia festa custodiunt et non possunt cantare magnum psalterium istud cantent et qui animam suam salvare voluerit secundum misericordiam dei assidue cantet istud et possidebit regnum dei. (LH II, 89).

210 Les formules 210 et 212 représentent deux moutures, assez voisines l'une de l'autre, d'un texte que l'on retrouve avec de nombreuses variantes dans un certain nombre de livres d'heures et de recueils de prières privées et qui devait être dit avant la récitation du psautier de saint Jérôme. Cette prière, très ancienne, remonte au moins aux alentours de l'an 1000 (cf. SALMON, p. 130, n° 3 et p. 149, n° 206).

212 ¹ occiosis: cod.

salvator mundi qui cum patre et spiritu sancto vivis et regnas deus per omnia secula seculorum. Amen.

Incipit psalterium sancti ieronimi. [123v–148r].

«Preces post psalterium sancti ieronimi.»

214 *Oratio* [148r]. Omnipotens et misericors deus clementer deprecor ut me famulum tuum tibi fideliter servire concedas ut perseverentiam bonam et felicem consolationem in omni tribulatione michi largiri [148r] digneris ut et psalterium quod in conspectu tuo cantavi per intercessionem gloriose virginis marie salutem et remedium anime mee proficiant sempiterna. Per christum dominum nostrum. Amen.

215 *«Oratio.*» Omnipotens sempiterne deus qui in principio celum et terram creasti et primo homini spiraculum inspirasti qui omnium es remunerator premiorum et cunctarum cogitationum cognitor te suppliciter deprecor ut per modulationem [149r] psalmorum quam ego peccator hodie decantavi omnia preterita presentia et futura dimittas peccata sicut nosti qua mirabilia sunt nimis. Per christum.

216 *Oratio.* Commendo tibi sancta maria extremum diem et horam obitus mei et precor te ut cum ultimo die vite mee anima mea turbata fuerit tu domina clementissima miserere mei et cum omnibus sanctis veni in adiutorium [149v] meum et libera me ab indignatione filii tui et confusione sempiterna ac damnatione perpetua. Per christum.

217 *Alia oratio.* Commendo me deo patri omnipotenti in eadem gratia qua deus noster iesus christus in cruce pendens matrem suam commendavit in illa custodia qua christus iam mortuus spiritum sanctum suum in manu dei patris omnipotentis commendavit. Per christum [150r].

218 *Alia oratio.* Commendo deo patri in eadem fide qua patriarcha iacob filium suum in egyptum evertam (?) angelo commendavit qua thobias filium suum in rages civitatem evertam (?) angelo commendavit.

219 *Oratio.* Commendo in manus sanctas tuas domine que in cruce clavis transfixe sunt et precioso sanguine asperse. Commendo me fideli petro in eadem fide qua et christus oves suas [150v] et celi claves commissas et sanctissimo iohanni sicut ei salvator matrem suam commendavit. Hodie commendo me in sanctam victoriam qua christus devincit ut nullus hostis meus visibilis aut invisibilis michi poterit nocere nec eis concedatur possilitas nocendi michi ad induendum in oculis meis malum quod corpori meo aut anime mee aut honori meo nec possit esse michi.

Oratio.

214 Cf. SALMON, p. 174, n° 481.

220 Salve mater salvatoris [151r] ... [151v].

221 *Oratio.* O domina mea sancta et gloriosa virgo [152r] maria in tuam custodiam commendo animam meam et corpus meum cogitationes verba et omnes actus meos ut disponantur secundum clementiam tuam filiique tui voluntatem. Esto michi adiutrix contra versicias callidi hostis et omnium inimicorum meorum tam visibilium quam invisibilium et contra illorum voluntates et consilia qui volunt michi mala aut desiderant facere ut non possint michi in aliquo nocere [152v] vel illum dampnum inferre corporis sive anime sed fac piissima domina signum michi in bono ut videant qui oderunt me et confundentur quoniam tu domina adiuvasti me et consolata es me [267r].

Incipiunt devote orationes de beata maria virgine.

222 «*Oratio.*» Interveniat pro nobis ... (= n° 181).

223 «*Oratio.*» Sancta maria mater domini nostri iesu christi in manus eiusdem filii tui et in tuas commendo hodie et note (?) [267v] et omni tempore animam meam et corpus meum et visum meum et sensum meum et labia mea et pedes meos et oculos meos et manus meas et totum corpus meum custodi me a peccatis et a temptationibus dyaboli et de penis inferni et illumina cor meum de sancto spiritu et de tua gratia et fac me tuis semper obedire mandatis et a te nunquam in perpetuum separari me permittas. Per eundem christum [268r].

224 «*Oratio.*» Ave maria gratia plena dominus tecum et tua misericordia sit semper nobiscum. Ave salus hominum ave salus omnium populorum ave salus celestium virtutum. Ave regina angelorum ave consors omnium sanctorum. Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris. O inestimabilis dilectio caritatis ut servum redimeres filium tradidisti. Rogo ergo te per eandem virtutem [268v] miserere mei. Amen.

Ave maria gratia plena.

225 «*Oratio.*» Sancta maria regina celi stella maris o maria te deprecor beatissima virgo ne despicias orationem servi tui. Virgo sanctissima imple desiderium meum in bonum et exaudi me in quacumque die invocavero te quia tu es benedicta inter omnes mulieres sive virgines benedicta es et benedictus fructus ventris tui dominus noster iesus //

«*Lacune d'un folio.*»

220 RH 18051. – AH 54, n° 245.

223 Cf. LH I, 182.

224 Cette pièce assez curieuse, en partie assonancée, est constituée par la suture bout à bout de phrases disparates qui n'ont que peu de lien entre elles. L'avant dernière, *o inestimabilis dilectio...*, est empruntée mot pour mot à la célèbre formule de la bénédiction solennelle du cierge en la veillée pascale: *Exultet iam angelica turba celorum.*

225 Cf. LH I, 119 et 142.

226 «Oratio. Omnipotens sempiterne deus qui gloriose virginis matris marie corpus et animam ut» // [269r] dignum filii tui habitaculum effici mereretur cooperante spiritu sancto preparasti da ut qui eius commemoratione gaudemus eius pia intercessione ab instantibus periculis et a morte perpetua liberemur. Per eundem.

Oratio.

227 Stella maris o maria ... [269v, 270r, 270v].

Alia de beata maria.

228 Salvatoris mater pia ... [271r].

Oratio.

229 Salve mater [271v] salvatoris ... (n° 220).

De sancta maria oratio.

230 [272v] O domina mea dulcissima virgo maria in tua custodia commendo animam meam et corpus meum cogitationes verba et omnes actus meos ut disponantur secundum clementiam tuam filiique tui voluntatem. Esto michi adiutrix contra versicias callidi hostis et omnium inimicorum meorum tam visibilium quam invisibilium et contra illorum voluntates et consilia qui volunt michi [273r] mala aut desiderant facere ut non possint michi in aliquo nocere vel ullum dampnum inferre corporis sive anime sed fac piissima domina mecum signum in bono ut videant qui oderunt me et confundantur quoniam tua domina adiuvisti me et consolata es me. Amen.

«Prosa.»

231 [273v] Stabat mater dolorosa ...

De saint sebastien [275v].

232 O sancte sebastiane ... [276r, 276v, 277r].

233 *Antiphona.* O quam mira refulsit gratia sanctus sebastianus martyr inclitus qui militis portans insignia sede fratrum palma confortavit corda palantia vocis verbo sibi collato celitus.

234 ¶ Ora pro nobis sancte sebastiane. ¶ ut mereamur pestem [277v] epydemie illesi transire et promissionem christi obtainere.

226 Cette oraison est celle du commun de la Vierge *per annum*.

227 RH 19456. – AH 54, n° 283.

228 RH 17821. – AH 54, n° 280.

231 RH 19416. – AH 54, n° 201.

232 RH 13708. – AH 33, n° 192.

233 Cf. LH II, 191.

235 *Oratio.* Deus qui beatum sebastianum gloriosum martyrem tuum in tua fide et dilectione tam ardenter solidasti ut nullis carnalibus blandimentis nullisque tyrannorum minis nullisque carnificum gladiis seu sagittis a tua cultura potuit revocari da nobis miseris peccatoribus ut piis eius meritis et intercessoribus in tribulatione [278r] auxilium in persecutione solatum in omni tribulatione et angustia contra pestem epydemie remedium quatinus possimus contra omnes dyabolicas insydias viriliter dimicare mundum et ea que in mundo sunt omnino despicere et nulla eius adversa formidare superbiam gloriam cum omnibus viciis superare et que a te iussa sunt sine intermissione perficere. Per christum dominum nostrum.

235 Cf. LH I, 354 et II, 33, 49 et 118.